



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Apvd Sanctam Macram Anno DCCCCXXXV. Aduersus rerum
ecclesiasticarum peruasores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
933.

CONCILIUM
AD CASTELLVM THEODERICI
ANNO DCCCCXXXIII.

SYNODVM hanc ex Flodoardi chronico liquet inter obsidendum habitam fuisse, cum Heriberti comitis munitionem ad Matronam, cui a Theoderico nomen est, rex Rodulfus obsideret. Quid autem in ea præcipue actum sit, præter episcopi Bellouacensis ordinationem non commemorat. Rodulfus rex, inquit, munitionem Heriberti, quæ dicitur castellum Theoderici, obsidet hebdomadas sex. Synodus inter obsidendum prædictum præsidium celebratur, congregatis nonnullis Franciæ vel Burgundiæ præfulibus: cui præfederunt domnus Arraldus antistes Rhemorum, & domnus Teutolo Turo-nensis episcopus. Tunc quoque domnus Artaldus Hildegarium ordinauit episcopum vrbs Beluacensis.

ANNO
CHRISTI
935.

^a CONCILIUM
APVD SANCTAM MACRAM
ANNO DCCCCXXXV.

Aduersus rerum ecclesiasticarum peruasores.

AD hanc Synodum septem episcopos conuenisse, Artaldumque Rhemorum archiepiscopum præfuisse, docet Flodoardus in chronico. Anno, inquit, DCCCCXXXV. Synodus septem episcoporum apud sanctam Macram, domno Artaldo archiepiscopo præsidente, celebratur, in qua prædones & ecclesiasticarum rerum peruasores ad correptionem venire vocantur.

NOTA SEVERINI BINII.

^a Concilium.] Hæc Synodus celebrata est in Rhemenfi diœcesi apud sanctam Macram, opidum nunc *Fisnes* dictum, præsentè Artaldo archiepiscopo Rhemenfi, cum sex aliis episcopis, in qua prædones & ecclesiasticarum rerum inuasores ad correctionem vocantur. *Flodoardus lib. 4. cap. 25.*